



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1658

§. 83. Et secundum legem vestram iudicate. v. 31

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

pam, eundem offert vobis, utinam ad Patrem suum cœlestem eum deseretis, vel ad matrem. Hi norunt pretium eius. Certe plusquam totum mundum pro eo acciperetis. O insipientes negotiatores.

§. 83. Et secundum legem vestram iudicate. v. 31.

Pilate, quid dicis? nescio an intelligas quod dicis: nam si hoc verè dicere, in scriptura vel lege vestra de eo scriptum est sic igitur agite cum eo, si autem non scriptum est. Tunc sane valde, subtiliter loqueris. Sed iste sermo non potest probari, cum in lege Iudæorum multa de Christo scripta sint futura de eo, quæ iniqua sunt. Sed forte nomine legis non intelligis totam scripturam eorum, sed dictamina agendorum & omitendorum secundum iustitiam si igitur sic verbum tuum debet capi, bene quidem loqueris, sed alie difficultates oriuntur, quia Iudæi nolunt ex iustitia cum eo procedi. O Pilate miseret me tui & tui similibus. Verè potentes in magnis versantur periculis ut video ex hoc solo, quod nunc audio, verbo tuo.

GRATIAS ago tibi Domine Iesu, quod non sum unus ex potestatibus huius sæculi, sed in minore gradu Ecclesiastico constitutus possim vacare à tanto periculo, vel periculorum retibus. Sed & oro cum Ecclesia tua te Omnipotens sempiternæ Deus cuius spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur, exaudi nos pro universis Ordinibus supplicantes ut gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter serviamus, maxime qui tua miseratione susceperunt regnorum gubernacula, & iustitiæ administrationem ut quæ recta sunt videant, & iudicio iusto pronuntient.

§. 84. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. v. 31.

Quod alias sæpe contingere solet, ut, cum agitur de aliquo reo iudicando, disputetur de iurisdictione eorum, qui iudicandi potestatem sibi competere præsumunt. Idem nunc evenit in iudicio, de Christo, instituendo. Verum tamen longe alio modo, quam alias fieri solet. 1. quia Iudices hic iudicandum à se rejiciunt & abdicant, alias singuli ad suum tribunal reo strahere solent. 2. Nilominus Christus non liberatur, sed nova forma quadam iudicij mixti vexatur, nam Pontifices volunt examen rei & sententiam mortis sibi relinqui, Pilatus sine cognitione debet discutere qualitatem supplicij, omnium quod potest esse pessimi. Ita profecto est valde nova forma iudicij, in quam harrentem Pilatum ut præcipitent Iudæi dicunt. Tuum est esse Carnificem nostrum, nos iudicare. Cum iam iudicaverimus illum, esse omnium hominum deterrimum, cum